

*Cœlesti Archiatro clementer annuente
& favente,*

CASUS PRACTICUS MEDICUS,
PROPONENS

**ÆGRAM
PHTHISICAM.**

Hunc

*Consensu Amplissima Facultatis Medicæ
in celeberrima Salana,*

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO

ATQUE EXPERIENTISSIMO

DOMINO

GUERNERO ROLFINCIO,

Phil. & MEDIC. DOCTORE Celeberrimo, Practicæ &

Chimiæ Prof. Publico famigeratissimo, Facultatis Medicæ

Seniore gravissimo,

*Dn. Præceptore, ac Patrono suo omni observantiâ
prosequendo*

publicæ pbiliatorum disquisitioni submitte

JOH. CHRISTIANUS SEMINARIUS,

Allendorffensis, ad Salinas Hassus.

M. & R.

die Julii

IN AUDITORIO MEDICORUM.

ANNO MDCCCLXIV.

J E N Æ

Typis SAMUELIS KREBSII



V I R O

*Prænobilissimo, Amplissimo atque
Excellentissimo*

DN. ELIÆ CORIARIO, Principalis Camerae quæ
est Cassellis Consiliario dignissimo, Salinarum Allendorffensium Ha-
larchæ, & Reipublicæ patriæ inspectori gravissimo,

NEC NON

V I R I S

*Plurimum Reverendis, Clarissimis,
Doctissimis*

DN. JOHANNI WISKEMANNO, Ecclesiæ,
quæ est apud Witzenhufanos Pastori primario meritissimo,
vigilantissimo.

**DN. CHRISTOPHORO REINHARDO SE-
MINARIO** Philos. M. & Ecclesiæ apud Allendorffenses Diacono
fidelissimo, vigilantissimo, fratri suo plurimum dilecto.

DENIQUE

V I R I S

*Nobilissimis, Excellentissimis, Pietate, Autoritate
magnis in Remp. meritis, prudentiâ & rerum usu
eminentissimis,*

DN. DIETERICO CHRISTOPHORO HUPFELD,
Salinarum Allendorffensium Quæstori Spectatissimo,
vigilantissimo.

DN. JOHANNI GEORGIO GRAVIO, Allen-
dorffæ Prætori gravissimo, dignissimo.

DN. DIETERICO GRAVIO, Med. D. experien-
tissimo, Practico ordinario ad Werram dignissimo, Consuli
Allendorffæ Spectatissimo.

DN. JOHANNI HENRICO Schaffnicht, Con-
suli Allendorffia dignissimo, honoratissimo.

DN. JOHANNI SEMINARIO, p. t. Consuli pri-
mario spectatissimo, artis pharmaceuticæ peritissimo, pa-
renti suo filialis amoris, honoris, debitæque ob-
servantiæ cultu colendo.

DN. GEORGIO CHRISTIANO Iring / Sena-
tori Allendorffia Spectatissimo, prudentissimo.

DN. CHRISTOPHORO Summermann / Actua-
rio Allendorffia dignissimo.

*Dominis suis Patronis, Fautoribus ac Promotoribus
animi devotione omnisq; observantiæ juro æviter-
num de venerandis, colendis*

PRIMITIAS HASCE ACADEMICAS

*humilimâ ac devotissimâ animi
subjectiæ*


dicat

consecrat,

Johannes Christianus Seminarius.

A 2

Maxima



Maxima, Vir præno-
bilissime, viri plurimum reveren-
di, nobilissimi, amplissimi, spe-
ctatissimi atque prudentissimi Do-
mini Mœcenates, patriæ patres amplissimi, Patro-
ni, Fautores ac Promotores æviternum colendi,
devenerandi, quibus vobis devincior, beneficia, te-
nui quidem & exiguo profiteor testimonio, tenui-
tate tamen minimè deterritus: beneficentiæ e-
nim illud peculiare, ut gratis habitis potius gau-
deat, quàm vel actis, vel relatis: tum etiam quia
ejusmodi est vestra natura, ejusmodi ingenium, ut
stoicorum more, quos ingenuitate animi, candore
atque moderatione imitamini, magna magni non
faciatis, sed potius ea, quæ aliquam observantiæ
gratique animi significationem præ se ferunt. In-
de fit: ut etiam tenui ac exiguo hocce Exercitio
Academico primævo summam in me vestram be-
neficentiam, meam verò in vos perpetuam obser-
vantiam testari audeam. Et verò, si Lucius Sylla ea
dedit grati animi argumenta, ut senex dictator &
rerum

rerum dominus privato Pompejo, adhuc adole-
scenti, ac patris tantum in Syllanis partibus vestigia
sequuto, & caput adaperuerit, & sellâ assurrexe-
rit, & equo descenderit, & publicè in concione
ejus merita deprædicaverit; quidni & ego, sum-
mis à vobis, patriæ patribus amplissimis, benefi-
ciis cumulatus, exiles aliquas non exhibeam ob-
servantiæ gratique animi notas? Suscipite ergò pa-
troni summi hoc qualecunque est munusculum,
quod debitâ animi submissione, tanquam publi-
cum erga vos observantiæ σύνθημα offero, illudque
æqui bonique consulite.

Deum T. O. Max. Deum salutis & pacis, ex
cordis penetralibus, profundis ductis suspiriis, in-
voco, ut **VESTRAS AMPLITUDINES**,
sospites diu & incolumes, spiritûs fortitudinis,
prudentiæ & concordia afflatu, beare velit, quò
dulcissimæ nostræ patriæ halcyonia, etiam contra
multas ostentatas tempestates, hæctenus con-
cessa, sub providâ & prudenti vestrâ curâ &
tutelâ porro ex Divini clementia
prorogentur.

V. V.

Prænobilit. Nobilit. Amplit.

cultor subjectissimus

Joh. Christianus Seminarius.



CONSULTATIONIS

D E

P H T H I S I

PROOEMIUM,

Singulari naturæ sagacitate factum esse, neminem latere existimamus, ut ea sequiori sexui locum verecundo sanguini evacuando concesserit, uterum scilicet, qui ad universi corporis expurgationem ipsis datus, quò sanguis abundans & vitiosus evacuetur, ut ait Aretæus lib. 2. hujus enim expurgationis beneficio, innumeras effugiunt ægri tudines, præclarumq; admodum ad sanitatem tuendam consequuntur commodum, teste Hippocr. l. de hum. Quamprimum verò hæc expurgatio supprimitur & justo non stat talo, corpus multis cruditatibus impletur, foresque aperiuntur miserandis calamitatibus, spiritus animales in operibus suis variis turbantur modis, unde infanda & multiplicia deliriorum genera, divinæ particule auræ infestantia, ipsa respiratio ad vitam summè necessaria impeditur, cor sanguificationis officina destruitur, ipsi pulmones, veluti spongia, humores stagnantes putridos atq; corruptos imbibunt, imò tandem planè exulcerantur, unde phthisis & ejusmodi alia, quæ ipsum hominem lento gradu ad interitum deducunt. Exemplo nobis est nostra ægra in historia proposita, cui elaborandæ manus admovere & pro ingenui modulo enucleatam censuræ eruditiorum exponere æquum duxi. Faxit Divinum Numen, quò omnia feliciter cedant.

CON-



CONSULTATIO.

DE

PHTHISI.

HISTORIA.

Illustris quædam virgo XIX. annorum, staturâ mediocri, temperiei sanguineæ, colorisq̃ue rubicundi, angusti & restricti thoracis, ut à tergo in morem alarum prominent operta scoptula, nata parentibus phthificis, adsueta victui sicco ex carnibus fumatis itemq̃ue piscibus salitis, magnâ intemperantiâ & absque ordine, otio dedita, primis mensibus flores immunitè apparere sensit, circa annum XIIIX. cum dolore gravativo circa hypochondria. Postmodum, cum fortè fortunâ aquis sese nudis pedibus commisisset, iisque diutiùs immorata fuisset, totalis suppressio fuit subsequuta. Nulla ob id sui curâ, adeoque neglectim prorsus habitâ hâcce suppressione, paulò post circa autumnum insolitâ quâdam respirandi difficultate cum tussi siccâ, deinde humidâ, lentâ, viscidâ, glutinosâ, sanguineis atomis intermissâ sine dolore tamen, simulque circa pectus angustiam fuit correpta. Hæc excepit extenuatio & macies totius corporis, & febris pusilla, æqualis: sumto cibo augetur calor, imprimis circa noctem: sputum sordidum, purulentum, aquæ injectum fundum petens: vox rauca est: nullus in pectore dolor: frequens lipothymia, itemque fœtor anhelitus & rejecti sputi. Pulsus celer & frequens, decubitus tolerabilior in latere sinistro. Ægra metuens phthisin petit auxilium.

RESQ̃

RESOLUTIO.

AFFECTUS, de quo ægra sæpius à me visa conqueritur, est PHTHISIS perfecta, propriè dicta, quam *κτ' ἀεγασία* Athenienses *φθίσιν* appellabant, alii *πύην*.

ADESSE phthisin, patet ex infallibilibus signis in historiâ enumeratis. Illa petuntur ab essentialiter inhærentibus, effectibus, causis, & similitudine.

Spirandi adest difficultas, tussis sicca post humida, thoracis angustia, extenuatio corporis, febris lenta à cibo sumto, & circa noctem quæ augetur, sputum purulentum adest & foetidum cum aliis criteriis.

CAUSÆ prægressæ tales fuere, quæ phthisin excitare potuere.

SIMILITUDO etiam indicium præbet. Vidi ante annum ejusmodi virginem, in quâ eadem symptomata, eademque causæ aderant. Hæc ab omnibus medicis pro phthificâ habita fuit.

PARS AFFECTA est pulmo cum suis partibus, parenchymaticâ carnosâ spongiosâ, vasibus & membranis vesiculis, itemque bronchiis, si quidem difficulter respirat & sputum cruentum extulsiit.

PER CONSENSUM cor patitur & totum corpus: **COR**, quatenus materia purulenta & sanguis intemperatior accedit ex vicinis pulmonibus, sicq; non tantum intemperiem in corde accendit, sed & frequentem irritationem, unde nō tantum fermentationis motus in corde mutatur, sed & sanguis acrior, siccior & calidior redditur. **CORPUS** totum incalescens exsiccat, secundum humiditatem roridam solidorum corporum.

An unus an uterque pulmo lædatur, adeò exactè judicari nequit. Decubitus tamen tolerabilior in sinistro lateris idem latus magis pati ostendit. Nec adeò liquidum, an pars superior, an media, an inferior afficiatur. Non ignotus est modus, quo per cataplasma id exploratum fuit.

CAUSA

CAUSA IMMEDIATA hujus affectus est exulceratio substantiæ pulmonum.

MEDIATA PROXIMIOR est sanguis biliosus acris & corruptus, salinis corrosivis atomis imprægnatus, à toto corpore, factâ circulatione ad pulmonem accedens, ibique per *αιασμόωσιν, Διαίρεσιν* vel *Διαπήδησιν* in parenchyma ejectus, qui postmodum suâ acredine totum pulmonum parenchyma corrodit & exulcerat. Hôc factô, Archeus pulmonum furibundus redditus, postea & hunc succum nutritium non in alimentum, sed in pus convertit, ac ita continuæ purulentæ materiæ ejectioni ansam præbet.

REMOTIOR causa NATURALIS est I. **TEMPERAMENTUM** sanguineum. Id patet ex colore cutis rubicundo. 2. **ÆTAS FLORENS** altera causa est. *autore Hippocrate 5. aphor. 9. Φθίσιες μάλιστα γίνονται ἀπὸ ὀκτώ καὶ δέκα ἐτῶν, μέχρι τριήκοντα καὶ πέντε.* Tabes iis maximè ætatibus fiunt, quæ à decimo octavo sunt usque ad trigésimum quintum. 3. **ANGUSTIA & CONSTRICTIO PECTORIS, CONFORMATIOQVE** *πτερυγώδης* alata, ob quam sanguis liberè moveri non potest, huc facit.

Τὸ συγγενικὸν Φθινῶδες, connata gentilitia inclinatio tabifica hîc omne fert punctum.

EX REBUS NON NATURALIBUS primas tenet **AER AUTUMNALIS** inæqualis, fluxionum ferox. **OTIO** & inordinatæ victus rationi ex carnibus malæ digestionis, & piscibus falsis constanti, dedita vita in culpa est. Inde continuò partes acres in sanguine sunt cumulatae, quæ huic malo manum auxiliatricem porrexerunt. Imprimis *τῶν γυναικείων Ἰπίχρσις* **EVACUATIO** menstrua suppressa, potentissimè disposuit ægram ad hoc infortunium, delato sanguine superfluo ad respirandi organum utilissimum. Sanguis in utero retentus acrimoniam ac corruptionem acquirens, lege circulationis ad cor refluxus, in pulmonum substantiam depositus, hoc malum maximè excitavit.

B

RES

RES PRÆTER NATURAM, apertio vasorum, quæ fortè fuit initio *Αγαπίδης*, patentes **SANGUINIS SPUTO** aperuit fores. Hoc nigerrimum tandem calculum adjecit, omnem rem in consummatam malitiam præcipitavit, & ulceri ansam in manus porrexit.

Ex his causis orta phthisis à pulmonis ulcere, non mirum est, quod gravibus his stipata sit symptomatibus, quæ eam semper comitantur, à que eâ nunquam faciunt divortium.

RESPIRATIO adest **DIFFICILIS** ob facultatem imbecillam, & quia bronchia pulmonum obstructa à puris copiâ.

TUSSIS adest, & quidem necessariò, quia nullo alio modo sanguis ibi effusus & naturæ molestus excuti potest.

SINE DOLORE est tussis, quia *παρέγχυμα* pulmonum, ob nervorum majorum defectum, tum tunicæ aperiendorum vasorum *αίαιθησία*, indolens.

MACIES totius corporis sequuta fuit: pulmones enim in consensum trahunt officinam sanguificationis, cor, illudque sordidè simul, mediante sanguinis circuitu, inficiunt: imò sanguinem, per parenchyma pulmonum ex dextro cordis ventriculo quem accipiunt crassiorem, sinistro ventriculo cordis communicandum non solum non depurant, sed etiam magis magisque inquinant. Hic inidoneus redditus ad debitam elaborationem, postmodum ad partes corporis ablegatus, cum propter corruptionem insignem à pulmonibus putridis acceptam, in substantiam earum cedere non possit, sequitur necessariò macies.

FEBRIS PUSILLA adest ob calorem mitem & indolentem, quò signo se prodit hectica febris. *πάντων των πυρετων ἐκλικων κοινον βληχεγεις τε ειναι καὶ ἴσοις.* *Omniibus febribus hecticis commune est, quod pusilla sint & æquales.*

CALOR AUGETUR sumto cibo, ob fermentationem ciborum, ubi postmodum particulae calidæ & acriores
cibi

cibi potusque, per ductum chyli ferum ad cor accedentes, à spiritu & sanguine fervidiori & acriori, factâ fermentatione, dissolvuntur, perinde ut in calce vivâ contingit, cum aqua affunditur.

SPUTUM SORDIDUM ejicitur, ob aërem attractum humidiores, qui ulcus pulmonum sordidum reddere solet.

PURULENTUM est sputum, quia suppuratione in ulcus transit.

AQUIS EXCEPTUM FUNDUM petit, ob crassitiem & gravitatem.

VOX RAUCA 1. ob facultatis imbecillitatem 2. etiam ob obstructionem pulmonum meatuum, eorundemque à materiâ purulentâ oppletionem.

FREQVENS LIPOTHYMIA ob impeditum motum fermentationis in corde à materiâ putridâ & corruptâ ex vicinis pulmonibus putrefactis eò delatâ.

FOETOR ANHELITUS & SPUTI REJECTI oritur, ob insignem putredinem & corruptionem pulmonum, unde sputum ob moram facile sibi tale malum imprimit.

PULSUS ADEST CELER & FREQVENS, ob frequentem irritationem & ob varias in corpore ab ulcere exhalationes & mutationes.

URINA OLEAGINOSA est ob febrem hecticam, & σύντηξιν pinguedinis & solidarum partium resolutionem.

PROGNOSIS tribus hisce absolvitur capitibus, quorum 1. tractat de **SALUTE & MORTE**. 2. **LONGITUDINE MORBI & brevitate** 3. **EVENTUS MODO**.

I. Præter genêrale, idque malum prognosticum quod Hipp. lib. 4. aph. 25. posuit, αἷμα ἰνκνιενς, ἀνω μὲν ὀκνοῖον αὐτῷ κακόν. Sanguinem supernè effundi, qualiscunque sit, malum. Longè deterius est, quod legimus apud eundem l. 7. aph. 15. ὅτι αἷματ' ἄπὸ πύσθ' πύσθ' πύσθ' κακόν. A sanguinis spurto puri spur-

zum, malum. Το lethale nostræ ægræ superaddit, l. 5. aph. 11. πύσμα, ὅπερ αἷ' ἀποπλήσσει βαρὴ ὄζη ἐπὶ τὰς ἀνθρώπων πνεύμονα, θανάσιμον. Si sputum, quod exiussunt, carbonibus injectum, graviter oleat, lethale. Febris quoque pessimum signum.

II. LONGUS non erit hic morbus, siquidem magna jam facta pulmonum exulceratio, quam manifestò indicat sputum purulentum, sordidum, itemque difficilis respiratio, & frequens lipothymia, ex quâ, circa finem Autumni,

III. SUFFOCATIONE ægram vitam suam finituram colligimus, obstructis enim pulmonum bronchiis à materiâ crassâ, viscidâ & glutinosâ aliter fieri non potest, quin suffocatione vitam cum morte commutet. Id ipsum innuit Hipp. lib. 7. aph. 16. ἐπὶ αἵματι, dicens, πύσφι πύσφι πύσφι. ἐπὶ τὸ πύελον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσι, Ex puris sputo tabes, & fluxus. cum sputum retentum sit, moriuntur: Hoc etiam Galenus, in comm. confirmat & uberius explicat.

CURATIO, licet hæc phthisis confirmata sit, ita ut ne mica quidem salutis spei superfit, non negligenda tamen, absque auxilio nec ægra relinquenda. Propter humanum benignumque artis auxilium contendere cum morbo hoc oportet, ut tædia affectus palliativâ curâ demulceantur.

Ad tres autem INDICATIONES respiciendum est, curatoriam, præservatoriam & vitalem. ULCUS postulat detergentia & consolidantia: FEBRIS, refrigerantia & humectantia: TABES, corporis refectio-nem, viriumque instaurationem requirit.

MATERIÆ præfidiorum desumuntur ex triplici fonte, chirurgico, pharmaceutico & diætetico.

CHIRURGIÆ hic nullus datur locus, siquidem est morbus confirmatus, viresque prorsus sunt lapsæ. Nec V. S. eum in finem institui potest, ut suppressio sanguinis menstrui tollatur, quod ob diurnitatem viresque prorsus lapsas tam altas egerit radices, ut corrigi nequeat. Linquimus igitur fontem chirurgicum, & progredimur ad pharmaceuticum.

PHAR-

PHARMACIA offert evacuantiã , detergentia & consolidantiã pulmonum ulcus , febrilem æstum mitigantiã , & tandem confortantiã.

VOMITORIIS hìc nullus locus , ob periculum suffocationis.

PURGANTIã sint lenissimã & levissimã. Videntur verò hìc maximè accommodari posse CLYSTERES , qui & corpus à fordidis humoribus probè purgare , & ipsius caliditatem & siccitatem simul corrigere possunt. IN usum vocetur sequens.

℞ herb. V. emollient. M. j ss.
 fl. chamemel.
 melilot. āā p. iij
 rad. altbae
 malv.
 violar. āā ʒ ij.

sem. anisi, fœniculi a ʒj
 Coq. in s. q. a. & colatura ℞j adde
 elect. bened. laxativ. ʒi
 ol. nymph.
 violar. āā ʒj
 sal. gemm. ʒj. Mis.

Detur in vesicã & applicetur calidè cum canali.

Per OS adsumi possunt cum sero lactis caprini, in formã liquidã : cum conserva rosar. in forma boli: item sir. ros. solutiv. Rhabarb. Manna &c. vel sequens potio.

℞ hord. integr. p. vj
 glycyrrh. gross. mod. incis.
 passul. mundat. āā ʒiij
 jujubar nō ij
 flor. borragin.
 violar.

bugloss. āā p. ij.
 Coq. in suff. q. aq. fontan. colat.
 ʒiij add.
 sir. de cichor. c. rhabarb.
 rosar. solut. āā ʒj
 mann. sel. ʒss. Mis. f. potio.

Vel etiã in usum poterit revocari Sir. Magistralis Riverii, qui egregiè mundificat sanguinem à serosis & acris ichoribus & humoribus, & est sequens

℞ fol. bugloss. utriusq.
 fumar.
 lupul.

cichor.
 endiv.
 agrimon.

B 3

plantag.

plantag.
 polytrich. āā. M j
 summit asparag.
 verben.
 euphras. āā M. ff.
 sem. cucurbit. ʒʒ.
 melon. ʒʒ.
 endiv.
 cuscut.
 cicer. rubr. āā ʒij
 rad. glycyrrh. rasa
 passular. mundat. āā ʒj
 prunor. dulc. par. vj
 sene mundat. ʒiiij
 rad. polypod. querni ʒij

agaric. in panno raro li-
 gati ʒvj
 macis ʒiiij,
 flor. cordial. āā p. V.
 Coquantur in s. q. fontan. ad
 it. jss. colat. dissolv.
 succ. pomor. redolent. ʒiiij
 sacchar. alb. q. s.
 F. sir. perfecte coctus,
 aromatizetur santal. cit.
 post in eo Rhabarb. elect.
 contusum in panno
 raro lig. ad ʒj suspēdatur.
 Capiat ʒij cum jusculo in
 mensā.

ULCERI succurrimus medicamentis detergentibus,
 mundificantibus & consolidantibus, cum certo tamen res-
 pectu ad febrem.

℞ conserv. veron.
 nymph.
 violar. āā ʒj
 rad. cichor. condit. ʒss.
 spec. diatragac. frigid.
 haly cōtra phtis. āā ʒj
 cum sir. de heder. terrestri
 F. Electuarium.

Vel
 ℞ conserv. ros. antiq. ʒiss.
 heder. terrest.
 botryos. āā ʒvj
 pulv. haly contra phtis.
 recentiss. preparat. ʒvj
 ciner. 69. ʒiss. c. s. q.

℞ Loch. san. & expert.
 de pulm. vulp.
 de pineis āā ʒij
 pulv. haly contra phtis. ʒiiij
 sir. de heder. terrest.
 de jujub. āā q. s. p.
 consistentia
 S. dicker Saftt gegen die Lun-
 gensucht.

sir. violar.
 heder. terrest.
 M. f. Electuarium.

Vel
 ℞ lact. Δ ʒss.
 magist. corall.
 perlar. āā ʒss.
 emuls.

emuls. sem. melon. c. aq.
russilag. fact. ℥iiss.
julep. rosar. ℥vj

aq. cinamo. ℥iij.
manus christi perlat. q. s.
M. S.
Wundsaft.

Multum hic laudatur conserva rosar. cum julebo rosarum.

EXTERN A medicamenta ulceris sanationem adjuvare possunt, si vapor eorum & halitus per os & nares inspiratione attrahatur, ut ex thurem, astich. benzoin. vel

℞ gumm. heder. ℥iiss.
myrrb. ℥ss.
benzoin.
styracis calam. āā ℥iiss.
succini ℥l.

hypocist. ℥ij
sem. coriandr. ℥j
flor. rosar. rubr.
violar. a. p. iij.
santal. citrini. ana ℥j

Pulveris. & excipiantur mucilag. gumm. tragacanth. fiant trochici super prunas injiciendi

℞. Rauchfuchlein.

Vel inungatur thorax & spina dorsi pars mitigante aliquo.

℞ ungt. resumpt. ℥iiss.
℞. Brust Sälblein.

℞ ungt. resumpt. ℥iiss.
refr. Galen.
rosat. Mes. ana ℥iij
ol. amygd. d. ℥iiss.
M. f. in pyxide s.

Sälblein zum schmieren.

Vel ℞ hoc

℞ mucilag. sem. psyll.
cydon. c. aq. viol.
extract. ana ℥iij

ol. violar.

℞ gumm. tragacanth. & arab. ana ℥j

Infundantur in aqua rosac. per diem & noctem. Adde olei olivar. ℥iiss.

butyr. recent. ℥ss sal prunell. ℥ij
camphor. ℥j lact. muliebr. q. s. d. j.

Detur ℞. Sälblein.

butyr. recent. lot in aq. viol. ℥j

camphor. ℥j s.

Sälblein zum Rücken.

Emplastra etiam praescribi & imponi possunt.

℞ emplast.

℞ emplast. diasulph. Ruland.
℥iij
malaxetur cum oleo amygdal. d.
extendatur super linteam &
apponatur.

Vel
℞ gumm. tacamahac. ℥j
extendatur super alutam s.
Pflaster.
Imponatur super latus suspensum, & ad costarū latera.

FEBRILI ÆSTUI consulimus sqq.

℞ aq. flor. nymph.
cichor.
semperviv. ana ℥ij
sir. de nymph. ℥iiss.
tinct. violar.
rosar. ana. ʒ s.
Kühl und Stärcktrancf.

℞ succ. granat. acid. ℥ij
berber.
rib. ana ℥ss.
confect. alkerim. ℥ij
sir. corall. ℥s.
aq. pulm vituli ℥ij.
Kühlender Stärcktrancf.

Pro potu ordinario potest sequens decoctum præscribi

℞ herb. tussilag.
veron.
scabios.
marrub.
byssop. ana Mj
rad. helen.
polypod.

glycyrrh. ana ℥j
fl. viol.
rosar.
bugloss. ana p. iiij
pass. min. ℥ij
jujub.
sebest. ana nō xvj

Coqv. in aquâ fontan. ℔. iv. ad mediet. in fine addantur

cinnam. ℥iij
sem anis. ℥iiss. col. & S.
tägliches Trancf.

CONFORTANTIA variè possunt præscribi. In forma Morfellorum commodum erit sequens.

℞ amygd. dulc. exc.
pistac. mund.
pinear. recent. ana ℥ss.
conserv. ros. rubr. antiq.
veron. ana. ℥ij
rad. cichor. condit.
scorzon. ana ℥j

terr. sigillat.
bol. armen. ana ʒss.
spec. haly. contra. phthis. ℥ij
corall. preparat. ℥j
sachar. in aq. tussilag. solut. q.
s M. f. Morfeli
S. Stärck. Morfellen.

Vel

carn. cancror. iuviat. in aq. scabios. macerat. ℥j
pect. coct. ℥ij sach. alb. in ∇. pulm. vit. sol. q. s.
conser. rosar. damasc. ℥ij in sine addatur margarit. tro-
pinear. mundat. chis. ꝑ nuc. mosch. ex-
pistac. virid. pres. ana ℥ss.
amygd. dulc. per noct. in aq. M. f. Morsuli.
amygd. dulc. excort. ℥j sem. 4. frig. maj. a ℥j
Aq. ror. majalis ℥j. borrag. viol. a ℥vj
F. Emulsiō. Colectur. adde corall. preparat. z. s. perlar. preparat.
℥j. sacch. canar. q. s. S. Stärckmilch.
conseru. viol. cich. herb. cost. ℥ s.
bugloss. a ℥j. cum sirup. hedera,
sp. diamargar. frigidi ℥j. F. Elect.
pulv. analept. rubri. Rolfinc. luscatura S. Nehr-
℥ij pulver.

MORSULI reſectivi Miſſichti profunt. **AQVA**
MIRABILIS Epiphaniſi Ferdinandi hiftoriâ 20. magnæ
 ad impinguandum efficacîa, etiam prodeſt in hectica.

Inter **CHIMICA** eligitur antihecticum Poterii, cu-
 jus compositionem tradit chimia in artas formam redacta Rol-
 ſinciana, & eſt talis:

Electrum minus paratum ex regulo ☉ ☽ ☿ simulq. 4
equali proportione.

Pulverifcetur minutim, adde ☽ miſce exquisite ☽
pulverifcat. tripl.

In crubiculo calcinentur cum leni detonatione, & igni-
 antur, ſicque ſtent per aliquot horas. Refrigerata abluantur
 aquâ dulci, & iterata affuſione liberentur à ☽ ſalfedine. Pul-
 vis in filtro chartaceo reſiduo ſervetur.

DATUR vel per ſe, vel cum aliis pectoralibus in ju-
 ſculo, horis matutinis à 8 vj ad vij.

sp. diamarg. frigidi ℥ij antihect. Poter. ℥ij. In ſcatulâ S.
nehrendes Stärckpulver Doſ 1j Meſſerſpiß.

sp. diaſaturni Miſſichti ℥j. pulv. bezoard. alb. ℥ij S.
Pulverlein Doſ. 4. Meſſerſpiß.

C

DIÆTA

DIÆTA consistit in legitimo sex rerum non naturalium usu.

I. VITALIS AER sit temperatus, ad siccum tamen vergens magis, propter ulcus.

II. NATURALIS. CIBI sint boni succi, faciles coctu & nutrimenti multi, cujusmodi parantur ex hordeo, avena, amygdalis, amylo, oryza, passulis, pineis &c. Juscula bonarum carnum, caponum, gallinarum juvenearum, perdicum & similium, itemque ova. Cavendum tamen, ne nimia in copia propter caloris nativi imbecillitatem ipsis concedantur. Lac semper prodest. Nutritiam lactis vim confirmat exemplum infantum, qui solo contenti non modo probe nutriuntur, sed etiam humidam substantiam, quam habent, plurimum augent. Galen. 5. meth. med. c. 12. post muliebri asininum commendat. Verum ex usitatis longè præstantius est lac caprinum, cum magis serosum, & proinde vi abstergente majori præditum sit, quam absterfionem in purulentis pulmonibus maximè requirimus. Huic non absimile est vaccinum. Caro TESTUDINUM, CANCRORUM, & RANARUM magis commendatur à consuetudine quàm utilitate. Præferuntur succi.

POTUS, si abstergendum, sit aqua hordei cum pauco melle, vel etiam lac caprinum porrigatur cum sacharo, autore Platero. Porrigitur LAC VACCINUM cum sacharo rosato tabulato, autore eodem. Hydromel tenuè etiam prodest.

III. IN ANIMALI DIÆTA nihil occurrit monitu dignum, quàm ut alvus clysteribus teneatur in officio.

SOMNUS & QUIES ambabus faveant manibus.

Ad VITALEM pertinent ANIMI PATHEMATA.

Vitetur imprimis IRA. GAUDIUM & sensuum recreatio quocunque modo fieri potest, procurentur.

Hactenus.

EXIMIO
SEMINARIO,

medicinæ cultori industrio,
de studiorum progressibus

gratulatus
FELICITER
adclamat,

HActenus Aonias coluisse fideliter artes
cura fuit: nunc ultrà pergis, & impiger aras
visere pœonias animo prompto unica cura.
Consultare tibi placuit de virgine, dira
quam phthisis infestat pulmonia. Perge mederi
pluribus. Unitæ sacrabunt nomen honori,
Aspirabit gloria, patronique favebunt.

Guernerus Rolfincius,

D. Prof. Publ. Senior.

Semina virtutis Tibi credita, docte Respondens,
Insita demonstras fructifero esse solo.

*Germina enim profers Patriæ facientia magnam
Spem, dum Pœoniis artibus invigilas.*

*Macte Tua virtute! Deus concedac, ut hæc
semina protudant germina plura, precor!*

eruditissimo Dn. Autori faustos studio-
rum successus apprecatur

Johann-Arnoldus Friederici

Phil. & Med. D. P. P.

Teile auff mein treuer Freund / du wirst durch deine Schrifft
Dir bey Latonen Sohn ein schönes Denckmahl stifften
Es hat dein Allendorff den Preis schon ausgedacht
und eignet dir ein Kind das Venus schamroth macht.
Henrich Günther Eulenhaupt.

W3 Euch mein Freund gehet der Schoos der Aoniäen /
dis unser Saai Athen / das geben Eure Sinnen
izt kundbar an den Tag; da Eu r erhöh ter Geist
zu dem was Weißheit zeigt / mit Frucht ist abgereist:
Di Frucht ist dises Blath / und was Ihr damit lehret /
Ist was bey weiter Welt / Eu r grünend Lob vermehret.
das heist dann wohl gethan / das heist ja recht geleb't
wenn man nach Worten / Dis auch im Gedächtniß
klebt.

Dieses wenige wolte dem
Herren Urrheber zu Ehren
schuldigt beylegen in höch-
ster Eyl

Georg Henrich Klinkerfuesz.

Quem Pæon, quem Phœbus amat, chorus atq;
sororum
En huic pro studio plausus ubique datur
Ingenii dotes crebro Sala vortice torta
candicet meritò fama loquetur anus.

Joh-Christophorus Gillenius

FINIS

